



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis Georgio: Aureliano: [et] socijs martyribus. Cap[itulum]. cxxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse augusti occurrētibus Fo. cccij.

De sanctis Georgio Aureliano: et socijs martyribus. Cap. cxxij.

**G**eorgius diaconus: aurelius: felix: natalia: et liliosa apud cordubam hispanie civitate passi sunt. Quorum primus mire abstinentie monachus ab hier. cordubam veniens cum reliquis

et eadem urbe claro germine ortus: diu operatum sibi domino premonstratus meruit consequi martirium. Qui passi sunt. vi. kalē. septēbris. Dec Ado in martylogio.

De sancto Anastasio martyre. Cap. cxxij.



**A**nastasius martyr passus est in salone dalmatie civitate sub persecutione diocletiani imperatoris. Hic ex aquileia ortus civitate: cum artem fullonis exerceret quicquid ex ipsa consequi poterat preter parvum quotidianum victum pauperibus erogabat. Tandem amore animatus martyri ad salonitarum civitatem devenit. Et cum in hospitio in quo mansurus erat signum crucis in locis pluribus depinxisset: et ob hoc a gentilibus comprehensus et iudici presentatus est. Qui cum sanctum cogitasset diuersis tantare supplicis: ab imperatore subita iussione compulsus est ad ipsam: in qua augustus degebat concitus ire civitatem. Ob hac causam expeditam in christi martyrem sententiam protulit: ut suspensus ad colum eius ingenti lapide in mari precipitio daretur. Matrōna vero quedam christiana nomine Ascepsia corpus martyris habere cupiens: seruis suis libertatem et munera promisit: si corpus sancti martyris inuenirent. Qui diebus pluribus per littora discurrentes tandem apertos quosdam inuenerunt: qui corpus ipsum tam leuarent: ut vero corpus territi dimitterent: calumniam homicidii in illos fingebant: utpote qui haberent in manibus corpus exanime. Ipsi tamen animosi viri ex apyrica orti caput martyris in patriam suam portauerunt: et ecclesiam in nomine ipsius fecerunt: in qua virtutes sunt mirabiles in malignis spiritibus effugandis. Corpus vero sine capite sibi delatum a seruis: matrōna illa deuotius excepit: quod donec cessaret persecutio in predio suo eclauit: deinde ecclesiam construxit: et corpus martyris in salonitano territorio collocauit. Passus est autem christi martyr anastasius. vi. kalendas septēbris.

De sancto Esario episcopo. Cap. cxxvi.



**E**sarius episcopus arelataensi. floruit tempore anastasi in imperatoris secundi: qui sancte et continentissime vite vir beatus homelias plurimas morales et utiles ad monachos edidisse reperitur. Et post felicem ecclesie sue gubernationem sanctitate et doctrina insignis migravit ad christum. vi. kalē. septēbris.

De sancto Daniele propheta. Cap. cxxvi.



**D**aniel propheta: cuius laus in plerisque diuine scripture libris et locis describitur: et. ii. Machab. ii. ca. inter patres sanctos presci temporis connumerat de regione iudeorum et semine regno natus est. Cum autem nabuchodonosor rex chaldeorum hierusalem prima obsidione cepisset. Joachim reges iudeorum secum trahebat in babilonem: et nobiles iudeorum cum eo: in itinere vero remisit eum impotente et tributo: et obsides pueros de semine regio secum traxit: scilicet danielē: ananiam: misaelē: et azariam: et alios plures: et abinde fuit daniel in babilone: donec regnum defecit. Ipsum vero danielē et socios viri pulcherrimos et doctores castravit rex: ut ait iosephus: et tradidit eos preposito eunuchorum apthanas: et fecit eos erudiri. primum in litteris: et lingua chaldeorum: mutatis eorum nominibus. danielē enim vocauit balthasar: ananiam sidrach: azariam misach: et misaelē abdenago. His quattuor prepositus eunuchorum specialem procuratorem prefecit malasar. Qui propositus fuerunt non contaminari cibis gentilibus: et a preposito eorum obtinuerunt decem diebus leguminibus et aqua terari: et cum ex hoc eos probans in nullo ceteris maciōres vidisset: accipiebat cibaria vina regia: et dabat eis legumina et aqua. Transactis vero tribus annis steterunt coram rege: prout ipse decreuerat: nec sunt inueniunt eis similes in regno in omni sapientia et disciplina. Et quibus pre ceteris daniel gratia a deo obtinuit: visiones et somnia interpretandi. Hec omnia superius acta sunt in gestis trium pueroꝝ. xvij. kalē. ianuarij.

Anno vero secundo regni nabuchodonosor vidit rex somnium mirabile: cui postquam euigilasset memoriam amisit: et conuocatis coniectoꝝ chaldeorum petebat ab eis ut somnium sibi dicerent: et interpretatione eius etiam indicarent. Qui cum hoc se posse facere nullo modo dicerent: eo quod omni homini impossibile esset: sed si rex somnium narraret: ipsi coniectura eius exponerent.

B. iij.